XIX. *Ad sensus* (ב) *radix בָּרָא transfertur. Cujus duplex à Rabbiniis suppeditatur ratio. Aben Esra (aaaa) Doctor ille justitiæ, quo insigni encomio ob doctrinæ excellentiam à Kimchio maectatur (bbb) fieri illud autumat ob arctam socialemqve sensuum in eodem loco conjunctionem. Verba cito: בעבור היות ההרגשות נחברות במקום א' יחליפו זו בזו Exemplis roborare sententiam nititur tribus. ומהוק האור Eccl. 11. 7. & in quem commentatur Gen. 42. v. 1. וירא יעקב, subjiciens וירא istud per שמעתי v. 2. exponendum. Quæ & Raschii (cccc) in l. c. mens est. Si quæras ex nobis, quem tandem locum, qui communis sensuum sit sedes, Aben Esra indigiter, indicabimus eum multò libentissimè. Locum intelligit, qui fronti vicinus est Alteram רדק causam (dddd) מקום שעל המצח subministrat, (eeee) evenire illud suggerens, quia visus inter*

(aaaa) *B. C. f. 45. col. 3. l. 24. fol. 84. col. 3. l. 15. af.*

(bbbb) *in Ps. 19. 1.*

(cccc) *B. B. f. 45. c. 4. l. 13. af.*

(dddd) *B. B. f. 871. col. 3. l. 36.*

(eeee) *Sepher Scharaschim. p. 453.*

ter sensus reliquos maximè insignis est atq; illustris. Adscribo verba:  
לפי שהרגשתי העין היא גדולה משאר ההרגשות  
נשאלות שאר ההרגשות לה:

XX. Non obscure hinc colligitur *Rabbinis* eam esse mentem, *sensum unum pro altero in sacris adhiberi literis*, quinimo ראה אַque ac *Videre* apud Latinos (ffff) *ad sensus transferri omnes*. Id quod suis quoque suffragiis D. Gejer & D. Glasius comprobant. Hic (gggg) *A visu*, inquit, *qui acutior reliquis est sensibus, ad sensum in genere metaphora transfertur*. Ille (hhhh) *Verbum*, ait, ראה אַ *sensu Visus peritum commune est omnibus sensibus*.

(ffff) *Fabri Thes. ed. 1680. pag. 1018.*

(gggg) *Rb. S. l. c. p. 357.*

(hhhh) *Comm. in Ps. 16. 10. p. 215. A.*

XXI. *Nobis nihil hinc statuere certi, exemplis quando hactenus destituimur, licet. Ad Auditum ראה אַ transferri, adeoque Audiendi gaudere significatione ex Ex. 20. 15. (conf. Ap. I. 12.) Jer. 2. 31. (iiii) aliquo constat modo. Ad reliquos autem sensus, vel investigativos objecti absentis vel fructivos objecti presentis, utrum metaphora fiat nec ne, nobis nondum etiam satis liquet. Sunt qui (kkk) Olfaciendi significatum ex Gen. 27. 27. eliciant. Verum ראה אַ cum Chaldo per ראי & cum D. Glasio (llll) per הנראה Ecce, exponi satius esse duxerim. Ad Tactum præterea, sed fides sit penes Jac. Martini & Schindlerum ll. cc. transfertur, adeoque Sentire notat Jer. 44. 16. Sic יראה Junio est Sentit Jer. 17. v. 8. cui assentitur רדק (mmm) qui metaphoram agnoscens per יחוש ממנו transtulit. At verò*

(iiii) *LXX. ἀνασῆτε Luth. mercke auf Chald. Kimchi הבינו, vel propriam retinere amat Videndi significationem, id quod רשוי ע׳ facit. Conf. Michl. Jophi. Kimchi in Sep. Schar. p. 453. יי רדק רדק (kkkk) Jac. Mart. de 3. El. l. 3.*

*c. 105. p. 652. רדק in Rad. p. 453. Schind. Lex. Pentag. pag. 1671. C.*

(llll) *Gr. S. Tr. V. can. 15. p. 467. Forst. Dict. Hebr. p. 753. f. (mmmm) B. B. f. 542. col. 3. l. 3. a. f.*

quicquid hujus sit, assensionem cohibere malumus, quam sententiæ ejusmodi importunè insistere, quæ destruitur quam adstruitur facilius.

XXII. Una superest attingenda Radicis  $\aleph$  significatio, ab recensitis aliquot non multum discrepans, de quâ inter Cl. M. Bohlium & nos haudquaquam congruit. Assignari significationem *Experiendi* nostræ radici, quæ ansam præbuit in disceptationem atque controversiam hæc vocandi, neutiqum abnuit. Idem nobis quoque longè persuasissimum, quæ in exemplis etiam maximam partem evictum est. Sive enim  $\tau\omega$  *Experiri*, quod Latinis insolens non est, pro *Frui* accipias s. pro *Perpeti* aut *Tentare*, loca sunt in medium producta quæ id comprobent. Annuimus quoque quod  $\aleph$  pro *experimentalis notitiâ*, adeoque instar *Deprehendere* usurpetur. Loca in promptu sunt Num. II, 23. Jes. 66. 14. Illud tantum in disquisitione positum est, *utrum illa formalis an materialis, generalis an specialis verò significationis nomine sit insignienda.* Pro formali eam reputat Cl. Bohlius. (nnnn) Nos, quamvis formales radicum significationes non magnoperè propugnemus, in  $\aleph$  tamen facile admittimus,  $\tau\omega$  Videre potius quam *Experiri*, si quærenda illa sit, hoc deberi nomen contendentes.

(nnnn) *Disp. XII. pro form. sign. §. 22.*

XXIII. Non nescimus, *quid formalis quidve materialis sit vocum expositio.* Jam pridem, *utraque quid sit*, exasciatâ, prout solet, *definitione constituit* Vir in sententiis argutissimus, in docendo atque edisserendo subtilissimus, in Ecclesiæ solatium atque seculi hujus gloriam natus Dn. Danbæuerus. Is (oooo) non succinctè minus quam distinctè: *Formalis, docet, terminorum expositio est, quam vox habet in statu absoluto, quam per se habet, & quæ ejus est definitiva ratio, abstracta ab omnibus materialibus. Materialis verò est, quam vox habet in statu restricto ad materiam, qualem ipsa subiecta materia admittit.*

(oooo) *Idea B. J. & M. C. pag. 157. B.*

C

XXIV.

XXIV. Jam fatemur, potuisse τὸ *Experiri* definitivam verbi nostri fuisse rationem, nisi multa obstarent incommoda & difficultates. Omnes enim טָגִי מִנְהָא significaciones *Experiendi* notione commode satis exhauriri asserere subveremur. *Agnoscit ipse Boblius difficultates non exiguas* §. 25. & quædam mediâ demum §. 24, per *Videre* nostrum ad *Experiri* deducenda non recusat. Nullâ Cl. Viro inferri injuriam locus, quem citavi, evidenter monstrat. Et miraberis §. 25. oculis ubi subjeceris, quomodo רָאָי quod *Stercus* notare concedit ad suam immediatè rapiat formam. Fingit & argutè quidem istiusmodi, quibus æquo carebit animo, has qui perlegerit meditationes. Tandem tamen vi veritatis agnitâ nobiscum, ad notionem *Despiciendi* ceu rem invisam atque odiosam, confugit. Accedit etiam illud, quod *faciliori negotio significata* radices omnia *memoria imprimantur*, si à *Videre*, notione famosiori atque usitatiore, deriventur cætera. Id quod nos esse assecutos non insolenter gloriabimur: Fieri autem posse, atque ita quidem ut vel nulla vel minor saltem vis Radici, quam tractamus, inferatur, nec temerè nec inconsideratè statuimus.

XXV. De רָאָי ac מִנְהָא actum est. Cramben bis coctam non apponimus. Nec minus quomodo טָגִי רָאָי Job. 37. 18. & מִנְהָא Ex. 38. 8. vasis objecta videnda referentibus *Videndi* competat notio patet omnibus. Ad הִרְאָתוֹ Deut. 14. 13, si attendatur animus, res in propatulo est. Nostra parum refert, cornicemne, unde proverbium: *Cornicum oculos configere*, cum Junio & Castello (\*) vertas, an Vulturem cum Schindlero. (pppp) Sufficit avem designare, quæ à visus acumine nomen nacta est, adeoque qui à Junii versione steterit, εἶσμον expresserit accuratius. Dicitur enim ita teste רָשִׁי (qqqq) רָדֵק (rrrr) & procul dubio ex posteriori R.S. ben Melech (ssss) שְׂרוּאָה בְּיֹתֵר quia usque adeo acribus ac argutis pollet oculis, ut & procul dis-sita conspiciendo internoscatur.

Si

(\*) *Lex. Heptag. p. 348r.*

(pppp) *Lex. Penta. p. 1674.*

(qqqq) *B. B. f. 206. col. 4 l. 3.*

(rrrr) *בְּסֵפֶר שְׂרוּאָה p. 454.*

(ssss) *מִבְּלֵל יוֹפִי fol. m. 39. col. 1. m.*

Si *Invisendi* significationem, quæ non malè Junius l. Sam. XV. 35. 2. Reg. VIII. ult. sensum thematis nostri exprimit, opponere volueris, nã tibi ipsi jam tum responderis. Quid enim *Invisere* aliud est, quam ire ad videndum alium vel instruendi vel condolendi, vel alterius etiam rei gratiã? Quare ad eam Videndi significationem, quæ conditionem adspectûs aut adjunctum connotari monuimus, oculos qui converterit, incertus non dimittetur.

XXVI. Unum est, quod, si aliud quicquam, *urgeri posse* inficias non iverim, sed à Bohlio posse pernego. Majoribus enim ille, quam nos, intricatum se deprehendet incommodis, qui omni sine controversiã ad Videndi notionem solito more se recepturus est, & eã demum mediante ad formale suum transgressurus. Ne diutius suspensã oratione B. Lectoris teneatur expectatio, vox, quam dico, הראיות est Esth. 2. 9. Quam inter ἀπαξ λεγόμενα referendam, tum sepes illa legis סיג לתורה Masora, tum ipsa Concordantiarum evincit inspectio. Apud Rabbinos vox hæc pervulgata est ac trita satis. Unde interpretatio, quæ ex radicis analogia petitur, valdè confirmatur. Indicat autem illis ראי Decens, Dignum, Conveniens, & sic deinceps in utroque genere ac numero, quod ecquã ratione cum Videre consentiat non immerito dispicitur. Enimverò expedita res est omnis, siquidem per metonymiam ראוי cum Approbandi congruere notione sit demonstratum. Itaque הראיות (tttt) est quæ videbantur, quæ omnium suffragio atque judicio approbantur, adeoque concedi Estheræ reginæ titulo coronandæ conveniebat.

(tttt) Forst. Diction. p. 754. Ut darentur ei Visendæ, alii: Speciosæ, spectabiles, formosæ.

XXVII. Atque hæc ad eò fuissent quæ ad vocem ראוי vel necessaria vel digna saltem notata sunt visa. Sitim quoque suam hisce si non expleturum, paulisper tamen depulsurum fuisset confisus, qui non nimium curiosus voluntatem, cum vires selectiora proferendi desint, probat. Verum enimverò sunt qui, novo injecto scrupulo non parum afferant moræ, qui, ni nunc eximatur, pungere alios atque stimulare, nobis quoque ipsis in Sectionibus reliquis offendiculo esse, posset non mediocri. Qvip-

pe *Judaorum quidam* ægrè ut faciant Christianis, illud imbibe-  
runt opinionis commentum, quod ipsa tamen textus connexio  
delet, *nonnisi viventi* semenque ante mortem videnti **יראה זרע**  
tribui posse. Hinc **יראה** ad vitam quæ mortem ejus, de  
quo agitur, antecedit, coarctant. Abarbanel ad vocem **יראה**  
perspicuè satis hoc exhibet commentitium (uuuu) **פירושן**  
**נאמרה יראה בחייו וכימיו זרע ובניו לבניו**  
Sed sui denuo immemor, quod huic admodum familiare est, ob-  
jicit illud, quod de Josia dum exponit, liberali largitur manu.  
Etenim eandem vocem v. ii. repetitam ad animam & in futuro  
quidem mundo præmiis decorandam transfert. (vv vv vv vv)  
Non dispari modo Alschech (xxxx) ad **יראה** nostrum **בחייו**  
addit. Sed *duo reponimus verba*; Videbit semen è terra vi-  
ventium excisus, & postquam **נפשו אשם** adeo-  
que post mortem atque resurrectionem inprimis.

(uuuu) In Jof. 53. f. 78. col. 4. l. 34.

(www) F. 81. col. 3. l. 11.

(xxxx) Cit. C. L' E. l. c. p. 271.

XXVIII. Nunc tandem *hoc* quoque impedimento, quam  
feri potuit paucissimis, *remoto*, voce **יראה** *relictâ* ad **זרע** *per-*  
*gimus*, paucioribus, quandoquidem potissimum controversa sectio-  
ni, reservantur ultimæ, *defuncturi* **זרע** aut quod semel ad Chal-  
daorum morem (Dan. 2. 43.) occurrit **זרע** Num. 11. 7. formæ **נטע**  
Jof. 5. 7., nec verbum nec particula, sed *nomen est & penacutum*  
quidem, quod in confesso est apud omnes, *sub unâ terminatione*  
*substantivum*. Idque, cum nec statum suffixum 1. Sam. 20. 42.  
Gen. 3. 15. Gen. 1. 11. &c. nec constructum 1. Sam. 1. 11. 1. Reg. 11.  
39. 2. Reg. 11. 1. XVII. 10. &c. nec **הנה היריעה** vel in  
libris Metricis Psalm. 126. 9. vel Profaicis Gen. 38. 9. Am. 9. 13. &c.  
respuat, imo pluralem 1. Sam. 8. 15. formet, *appellativum*, & h. l.  
quia nullus sequitur genitivus, nec aliud cum quo construatur,  
*absolutum*. Speciem si spectes, *derivativum*, sin figuram consi-  
dere, *simplex est idque perfectum*. Si quidem solis constans lite-  
ris radicalibus solâ vocalium mutatione propagatur à *radice*  
**זרע**. Cujus utrum formale sit, *Seminavit, Exeruit*, nec ne, no-  
strum

strum nunc quidem animum non habet sollicitum, propterea quod nullam eam gratiam litem Cl. Bohlio (y y y y) movere instituimus.

(y y y y) *Disp. 3. pro form. sign. 5.*

XXIX. Numerum si quæras, *singulare est*. Sequitur autem illud modò relativum *singulare 2. Sam. 7. 12. I. Par. 7. 11. modò, quoniam collectivum est, plurale. Gen. 15. 13. Sic & verba nunc singularis Num. 14. 24. Ps. 37. 28. &c. nunc pluralis numeri Jes. 45. 25. Jer. 31. 36. &c. adjiciuntur. Argumentum autem inde nectitur nullum, quo singularis numeri esse tantum satis firmè adstruatur. Repugnat עֲרֵי I. Sam. 8. 15. quod, quamvis Jod auferendum, ac per incuriam alicubi fit, (zzzz) impiè pronuncias veris, ++ tamen in - : violenter alias commutandum Gen. 9. 9. plurale esse clamat. (aaaa) Si testes de domo producere licet, prodeat *lingua Syriaca* non impubes antiquissimæ hujus matris filia, & nihil repugnare quo minus Orientalibus pluralis à עֲרֵי sit formatus, suo comprobet exemplo. Matth. 13. 32. Videntur ergò illi minimè *linguarum Or. gnari*, sed sanè nimio plus os suum perfricuisse, qui eo usque impudentiæ dicam an imprudentiæ sunt progressi, ut nulli vererentur actum à Spiritu veritatis Paulum nefandi atque detestandi *insimulare criminis, ac si fallaci conclusiuncula Sophistas imitatus Galatis imposuisset*. Hieronymus atque Judæi, Flacio (bbbb) & Ravanello (cccc) testibus, Paulum arguunt, quasi ex voce עֲרֵי Gen. 12. 7. XV. 5. sophisticè ad Gal. 3. 16. sit argumentatus. עֲרֵי, inquirunt, *numerum habet tantum singularem*. Flacius non satis liquere respondet, nec probari posse עֲרֵי in plurali planè non fuisse in usu. Idem reperit Ravanello, quod *magno mihi ignorantia Hebraearum literarum indicio est ac argumento*. Torquentur ergo, & Paulum excusaturi cum exculatione errant & improvidè impingunt. *Integer in Talmude tractatus*, quoniam סֵפֶר s. sex partium Talmudicarum prima, libros continens undecim, עֲרֵי *inscribitur*.*

C 3

Ex

(zzzz) *Sebindl. Lex. p. 505. ed. Han. 1612.*

(aaaa) עֲרֵי *in Rad. p. 130. (bbbb) P. l. Cl. Scr. p. 1118.*

(cccc) *Biblioth. S. P. II. p. 578. b. m.*







am is sibi persuasum habebit, qui tum ipsa rerum monumenta, tum Gal. 3. 28. secum reputaverit. Exemplis tuebimur deinceps, modo cujus casus h. l. ץִיִּי sit, & alia item præmiserimus, pro integra adhiberi posteritate, quæ seqviori non magis quam digniori carere sexu potest.

(eeee) Pagn. lib. 2. Gr. cap. 2.

(ffff) Scherz. Anti-Bell. Disp. 15. Obj. 6. p. 679. Glass.  
Disp. de Protev. §. 60.

(gggg) Cit. Amama Antib. Bibl. l. 2. p. m. 325. seq.

(bbbb) B. B. f. 500. col. 4. l. 15. a. f.

(iiii) f. 106. col. 4. l. 7. a. f.

XXXI. Casus quidem diversarum terminationum Hebraei agnoscunt nullos, sed è structurâ sermonis, inprimis è coherencia aut separatione vocum per Accentus dijudicandi sunt.

(kkkk) Non secus atque casus quidam similes apud Latinos, ut Genitivus & Dativus in æ, Dativus & Ablativus quarundam declinationum, tres casus similes Nominum generis neutrius, & alii, quos sola syntaxis discernit. Particulis tamen quibusdam, sed parum certis, (llll) casus discernunt. Nostro in loco nulla licet particula sit adjecta, ipse tamen Grammaticus nexus, quem promovet Accentuatio, per Accusativum commodè reddi docet. Solet alias Accusativo post verbum activum adjici particula ׀א, quæ tamen in locis hujusmodi minus obscuris vicissim removetur. Juxta regulam (mmmm): כשהרבר מבואר: הספיקו בלא זכר את: Et si cui singulis vocem præsentem ponderare momentis esset volupe, non inconsultè aut fortuitò He prætermitti emphaticum intelligeret. Speciosam sanè hujus rei haud mentitur causam, qui propterea omitti asserit, quod suam exere vim agrè potuisset. Neque enim certum aliquod semen v. g. gens Judaica, semen illud falsitatis Jes. 57. 3. 4. denotatur

(kkkk) Wasm. Gr. Hebr. cap. 3. R. 19. memb. 6. p. 67.

(llll) Buxt. Thes. l. 1. c. 8. p. 74.

(mmmm) Mich. J. in Jes. 64. 1. fol. m. 109. col. 2. l. 7. in  
Ps. 78. 47. fol. m. 179. col. 3. l. 1.

notatur, sed ex Judæis æque ac gentilibus ad pastorem eundem congregandum. Videlicet. Act. X. 34. seqq. Eph. 2. 13. &c. Verum enimverò satis jam satis Grammaticis tribuimus tricis, quas, cum omnibus non sint ad palatum, prolixius persequi non allaborabimus, significationem potius ipsam investigaturi.

XXXII. ערר igitur, vox quod propriam attinet significationem, obvia omnibus, est id, in quo per continuatum tempus propagatur & conservatur animatorum species. Sive planta illa fuerint v. g. granum herbæ Gen. I. 29, nucleus arborum Gen. I. 11. 12. (nnnnn) quod utrumque terræ commissum productionis aliis in eadem specie individui principium est materiale. Sive bruta Jer. 31. 27. sive homines tandem Lev. XV. 16. seq. Hebræi triplicia quidem plantarum numerant semina (00000) ac flammæ semina Virgilio (ppppp) relinquunt concoquenda. Qui brachium inter germanas טרר ערר significationes eâ retulerit gratiâ quod LXX. illud interpretes per τὸν ὄμωον Hier: per brachium Mal. 2. 3. perperam verterunt, suo id fecerit periculo, quod non potest non cæcos sequenti duces imminere præsentissimum. Eodem prorsus jure cum LXX. multò magis cæcutire, quam irretortis oculis ipsum intueri textum volentibus, pro verbo notitia poterit nostrum nomen ex Hag. 2. 19. haberi. Nos, cum probè sciamus, LXX. Bibliis non punctatis fuisse usos, quod cum alia multa, tum Ps. 2. 9. indice quasi digito ostendit, per errorem utrobique esse lapsos agnoscere malumus, quam in eundem rapti errorem adulterina propugnare. Illic ערר, qui lapsus puncta ubi adempta sunt perquam facilis est; hîc accedente per descriptorum fortasse incuriam literarum insuper mutatione עררר ἐπιγνωσθήσεται, ceu Lev. IV. 23. 28. scriptum reperitur, legisse videntur. At hinc textum esse depravatam, quisquis tandem fuerit, nequiter exculpserit.

(nnnnn) Vid. in h. l. Sepher Schar. p. 130.

(00000) Quæ sint docet Buxt. Lex. Rabb. p. 693.

(ppppp) Virg. lib. 6. Aneid. 2.

XXXIII.

XXXIII. *Metonymicè* porrò vox, quam dicimus, sæpè pro re animatâ è semine isto productâ sumitur. Pro *Frumento* quidem Gen. 47. 19. Hag. 2. 19. ubi Chald. עֲבוּרָא. Pro *filiis* Gen. 4. 25. & collectivè (qqqqq) seu una per Synecd. (rrrrr) pro liberis & posteritate, Gen 12. 7. XV. 5. I. Sam. 2. 20. Ps. 37. 25. &c. *filiis ac filiabus* Lev. 18. 21. XX. 2. coll. 2. Reg. 23. 10. Psal. 106. 37. Jer. 32. 35. quod & apud profanos fieri docet Pfochenius, (sssss) Quare זרע à Targum בר Gen. 4. 25. I. Sam. I. II. זרע Gen. 15. 3. בנין Gen. 19. 32. XXIV. 60. XXVIII. 13. Ps. 37. 25. 28. בנין ובנין Jes. 53. 10. & alibi transfertur. Consuetâ quoque scripturæ phrasi pro *genere & prosapiâ*, unde quis oriundus est, זרע usurpatur Ez. 17. 13. Est. 6. 13. Esr. 2. 59. Sic & Lucretius lib. 2. 198. *Cælesti sumus omnes semine nati.* Et, quando tempus, quo terra gremio subacto atque mollito sparsum excipit semen connotat, *Sementis* est Gen. 8. 22. Pro *agro synecdochicè* I. Sam. 8. 15. accipi auctor est Schindlerus, (ttttt) cui קרר ex v. 14. pondus addit (uuuuu) Attamen communior Rabbinorum opinio est, ad quam & Chaldaeus inclinare videtur *de agrorum potius proventu* intelligendum esse. Ita Joh. Forsterus (vvvvv) *Saca* latinè reddidit.

(qqqqq) *Gl. de Protev. S. 30.*

(rrrrr) *Id Rh. S. Tr. I. c. 1. p. 210.*

(sssss) *De pur. N. T. p. 139.*

(ttttt) *Lex. Pentag. ed. Hanov. 1612. p. 505. B.*

(uuuuu) *B. B. f. 300. col. 1. l. 4.*

(vvvvv) *Dict. Hebr. ed. Bas. 1557. p. 243. III.*

XXXIV. *Metaphoricè* tandem nunc pro opere bono (xxxxx) vel *elemosyna*, nunc pro iis qui alium ceu Patrem colunt ejusdemque insistent vestigiis &c. v. g. *auditoribus* doctrinam alterius amplectentibus &c. adhibetur. Posterius quarta enodatè proponet Sectio. Controversiam, quæ alias constitui solet, *utrum*

D

per

(xxxxx) *Gejer. in Cob. XI. 6. p. 432.*

per nomen collectivum unicū possit intelligi individuum, nec ne, nunc enucleare non ita judicamus necessum. Institutum quippe nostrum à Jesaia copiosum intendi semen statuentium illa parum adjuvat. Cupidos erudita hujus litis lectores ad Glasium (yyyyy) Flacium (zzzzz) & Ravanellum, (aaaaaa) cum alii non sint præstò, velimus ablegatos.

(yyyyy) De Protev. §. 30.

(zzzzz) Clav. Scrip. P. I. p. 117.

(aaaaaa) Bibl. S. P. 2. p. 577.

XXXV. His ergo, quantum sufficit, perlustratis, vix est ut transversum ungvem à Lutheri versione omni laude dignissimā discedamus. Illud potius, quod nonnemo ait, grata recordatione renovans; Ubi Lutherus bene, ibi nemo melius, Versionem hanc: So wird er Saamen haben / quin conferam cum præstantissimis, dubitare vix possum. Ad vocum tamen emphasin prolixius enodandam ex cæteris, quas produximus, significationibus aliquas commemorare, nobis, spero item Luthero, non invitis licet. Iis ut credam facile adducor, qui subinnui summā cum oblectatione suum esse semen *Οσάυθρωον* visurum contendunt. Christus enim post superatos mortis dolores Act. 2. 24. non secus atque mulier superatis partus doloribus cum gaudio suam intuetur sobolem. Agnoscendi quoque interpretatio non ineptè huc quadrat, si Joh. X. 14. &c. in subsidium vocaveris. Commiseratione præterea capi, quinetiam frangi misericordia Christum, intuentem vel inediā suos consumi vel siti discruciarī vel aliis denique quibuscunque modis excarnificari, quater Matheus cap. IX. 36. XIV. 14. XV. 32. XX. 34. & Marcus Cap. I. 41. VI. 34. VIII. 2. IX. 22. semel Lucas VII. 13., ut nihil quicquam in animis resideret dubii, sollicitè consignant. Exaudit denique, si Audiendi attendatur notio, seminis sui preces, laudabiliter ac honestè peracta approbat, flagitiis autem contaminata ducit despiciatui &c.

XXXVI.

XXXVI. Paucis **פְּרֻעַת** per *Fruetur* exponimus, & **פְּרֻעַת** per metaphoram ductam à semine per metonymiam *posteritatem* significante accipi statuimus. h. f. *Christus*, quod ex Sectione tertiâ inibi non hîc probandum præsupponimus, heros ille redivivus, mortis domitor ac inferni victor longè gloriosissimus, postquam posuit se ipsam reatum anima ejus, non *videbit* corruptionem Psalm. 16. 10. Act. 2. 27. XIII. 35. sed *ut* vivus suam sibi collegit ecclesiam adeoque *vidit*, sic præcipuè ad Patris dextram confidens, misso Spiritu suo, per Evangelii verbum multos progignet filios & *videbit i. e. fruetur suo semine*, non per naturalem generationem propagato, sed semine, quod ipsi serviat Psalm. 22. 31. ideoque *spirituali* & regenito per semen verbi divini incorruptum 1. Pet. 1. 23. morteque omnium terrimâ & crudelissimâ comparato, *discipulis* nimirum veritatem doctrinæ cœlestis sectantibus, & *fidelibus piisque* in genere *omnibus*. Id quod factum esse ipsa rerum clamant monumenta, clamat experientia, clamat prophetiæ complementum atque

FINIS.




Ad

*Ad CL. nec non doctissimum*  
**DN. M. GERHARDUM**  
**MEIERUM**, Hamburg.

**Amicum, Fautorem & Convictorem amatum**  
pl. æstimatumq;, contra Judæos ex Judæis publicè ex  
cathedrà B. LUTHERI disputaturum &c.

Προσφωνησις.

זרעו של משיח ;

 *Titulo ergò hocce insignitus, & rectè,*  
*quatuor ipse incisus Sectionibus distinctis, omnia*  
*doctè conscriptis, de SEMINE MESSIÆ,*

*יהב* *Tractatus tuus,*  
*Cl. & Doctissime Dn. M. MEIERE, dum prodit: non*  
*possum non facere, ut Tibi quidem de profectibus in Theo-*  
*logia, nec non presertim in Lingv. Orientalibus; Bono pu-*  
*blico verò & reipublicæ literariæ ideò binis bonis verbis &*  
*ex animo ורב בלא לך ולב gratuler: Donec plura & me-*  
*liora, absq; dubio, sequentur. Ita enim auguror: quod*  
*presens hic quidem ingeniosus & pertinax arguit labor il-*  
*le: Faxit ita, & studiis tuis ex alto porrò benedicat Al-*  
*tissimus! Auguror, & fiet tandem (repeto voveoq; ex ani-*  
*mo)*

*Tuteq; ut olim*

*Cum laude ut doctis annumerere Viris.*

*Scrib. Witteberga ταχιστα & inter alia d. X. Febr. Anno*  
**M DC LXXXVI.**

*T. ex asse*

**ANDREAS SENNERTUS, P. P.**  
**Academ. Sen. æt. cad. LXXX.**

A  
m  
e,  
ia  
E,  
s,  
m  
u-  
s  
e-  
nd  
il-  
ll-  
i-

05 A 1551


ULB Halle 3  
003 779 343  


VDM









דרכו של משיח

f.  
De

vid. disp. 34.

SEMINE MESSIÆ,  
ex Jef. LIII. com. 10,

ידעה זרע

CONTRA JUDÆOS  
EX JUDÆIS  
DISPUTATIO PRIMA,

Quam

Inclytæ Facultatis Philosophicæ indultu  
PRÆSIDE

Plurimum Venerando Collegii sui & Academia Seniore  
VIRO Excellentissimo, Nobilissimo, Amplissimo,

DN. ANDREA SENNERTO,

LINGVAR. ORIENT. PROF. PUBL. ORDINARIO,

Dn. Hospite atq; Patrono suo atatem devenerando,

Publicæ submittit ventilationi ad d. Febr.

Anno c1o 1oc XXCVI.

RESPONDENS

M. GERHARDUS Mejer / Hamburg.

In Auditorio Majori.

WITTENBERGÆ,

Typis MATTHÆI HENCKELII, Academ. Typogr.